

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli
Neapol. Societ. Iesv**

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1620

B. Maria de Oegnies.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](#)

paree nuncuparant; prolem, quam suscepſiſt masculinam, eidem Ordini ſe consecraturos.

Ordinem vero illum Deiparæ Virgi-
ni peculiari ter consecratum puer ingressus,
precibus, ieiunijs, alijsq; pietatis o-
peribus impensè addictus ad magnam
peruenit sanctitatem.

In miraculis, quæ edebat ad Christi
nomen, sanctissimæ Virg. merita piè in-
uocare solebat: morti deinde proximus
cum ea dulciter colloquebatur, & bis fa-
lutatione Angelica cum alijs precibus
recitata, sublatis in cœlum oculis, anima
Deo, ac eius Genitrici commendans, co-
rumq; opem implorans in illis verbis: *In manus tuas Domine commendabo spiritum meū*, obdormiuit in Domino 7. idus Au-
gusti anno Domini 1292. hæc ex vita e-
ius apud Surium mense Augusto.

Luc. 22.

XIV.

B. MARIA DE OEGNIES.

BEATA Maria de Oegnies Niuellæ
Episcopatus Leodiensis orta, inter
multas, easque præclarissimas, quibus
claruit, virtutes Deiparæ studioſiffima
fuit, quod ex subiectis exemplis planum
ficit.

Quot-

Quotannis Ecclesiam Deiparæ Oegniacensem ad duo milliaria distitam ri-

gente hyeme nudis pedibus vna ancilla comite inuisebat; & illo die, ac sequenti nihil prorsus edebat, totamq; noctem in Ecclesia peruigil exigebat: qua in via flexuosa, nec satis ipsi cognita lumine quodam præeunte, & Angelis eam plū inuise- dextra, leuaq; sustentantibus, nunquam ret, Ange- errabat, & inter imbræ cœlo interdum lorum cu- stodia è pe- ruentis diuinitus intacta redibat.

*Cum Dei-
para tem-
plū inuise-
ret, Ange-
lorum cu-
stodia è pe-
riculis ser-
uabatur.*

Aliquando intra diei & noctis spatium millies, & centies flectens genua salutabat Deiparam; & hoc salutandi officium ad quadraginta dies continuabat in hunc modum.

Primum enim sexcenties flectebat genua sine intermissione.

Deinde integrum Psalterium stans legebat, & ad singulos Psalmos Deiparæ flexis genibus salutationem Angelicam offerebat.

Tum trecentis vicibus ad singulas genuflexiones virga se percutiebat, & tribus ultimis ictibus copiosum è suo corpore extrahebat sanguinem.

Tandem quoiquagies flexis simpliciter genib. sacrificium hoc consummabat.

Cumque miro salutis animarum desiderio teneretur, multis lacrymis, ieunijs ac pre-

ac precibus à Domino obtinuit, vt concionandi officium, quod ipsa per se exequi non poterat, alteri conferret; quare Dominus cuidam concionatori huius ^{Lib. 2. vi-}
sanc&æ mulieris precibus ^{ta eius} exoratus cor ^{cap. 4.}
 præparauit, vires in labore suggessit,
 verbum ministrauit, & fructus in auditoribus excitauit: ipsa vero pro eodem *Virgo Con-*
cum concionaretur beatissimæ Virgini cionatori
centies salutationem angelicam offere gratiam
 bat. Tandem multis miraculis clara mi- *obtinet.*
grauit è vita 23. Iunij anno 1213. de cuius
castitate cum suo coiuge plura dicemus
in tractatu de virginibus scđt. 8. hæc ex
eius vita à Iacobo Vitriaco Cardinali,
qui eodem tempore vixit, grauiter con-
scripta apud Surium tom. 3.

XV.

BEATVS ANDREAS CARMELITA
Episcopus Fesulanus.

BEATVS Andreas Episcopus Fesula- ^{14.}
 nus ex nobili Florentiæ Corsinorum
 familia, Deiparæ perquam studiosus
 fuit: cum enim eius parentes diu steriles
 primitias Deo offerendas esse iuxta il-
 lud Exod. 22. audissent, vt Deo, eiusq; *Exod. 22.*
 Genitrici gratam oblationem facerent;
 primogenitū, quem genuissent, Mariæ
 sc̄ datus voverunt: ac non ita multo

E

post